



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quòd panem adoramus. tit. 293

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

hæc apprehendit virtutem & gratiam sacramenti. Ideò consecrans sacerdos , & communicans utræque nec magis nec minus accipit, quam laicus, &cæ. Species ergo nihil conferunt, quia gratiam & gloriam dat Dominus, Psalm. 83 . non species sacramenti, sed Deus per fidem.

Quartò dicunt, Christus dicit, Bibite ex eo omnes, omnes, inquit. Matthæi, 26. Respondeo, quæro quinam sunt illi, de quibus Marcus Euangelista dicit, & biberunt omnes? omnes dicit Marcus, nonnè erant soli Apostoli? & quinam fuerunt illi, quibus dixit Christus Matthæi, 26. omnes scandalum patiemini, &cæt. Nonnè soli Apostoli? & quibusnam dixit. In viam gentium ne abieritis? ergo multa solis Apostolis dixit Christus. Sic illis ergo præcipit bibere omnes ex calice propter designationem, & sic consecrare, quod & fecerunt, non quod propter species plus vel minus susciperent, quam laicos, quando etiam Christus Ioann. 6. multa dicit de sacramento corporis & sanguinis sui, & nullius speciei facit mentionem.

Quinto inquires: Cur tuuc sic digladiani sectæ pro vtræq; specie? Respon. hoc fit instinctu satanæ. Laborat enim satan, ut sacramentum, quod propter unitatem est institutum, vñ corpùs, vñus panis 1. Corinth. 10. dissensione accipiatur, & secta fouetur, ne fructuosum sit sacramentum, quandoquidem extra unitatem & charitatem nihil est utile neque prodest. 1. Corinth. 13. Catholici ergo nesciunt diuisionem sacramenti, sed credunt sub qualibet specie totum fore sacramentum, sicut sub vna gutta baptismi totus baptismus. Cyprianus libro. 4. Epist. Epistola. 7. dicit, Gratia non est alligata externis rebus, & sic omnes totum accipiunt sacramentum.

QVOD PANEM ADO-  
ramus.

SSf 3 TI-

Causa 4.

**S**ECTAE dicunt, Panis & vinū manent plenē post consecrationem, sicut antea. Non enim transubstantiantur. Ideò Pa pistae in eleuatione MISSAE, in processio nibus adorantes panē illum existentem creaturam, committunt idololatriam. At Paulus 1. Corinth. 10. iubet fugere idola. neq; extra ipsum sacramentum est sacramentum, sicut etiam baptīmus, &c. Ideò cogimur recedere ab illis.

Primo, Catholica fides credit verbis Christi Matt. 26. qui postquam accepit panem in manus, subinde cùm benedixisset & gratias egisset, inquit: Accipite, Hoc est corpus meum: non dixit, Hic panis est corpus meum. Ideò credimus panem virtute verborum Christi, quæ sacerdos in persona Christi profert, rati substantiari in corpus Christi, & vinum in sanguinem, sicut aqua in vinum fuit transubstantiata in nuptijs, Ioan. 2. vbi simul non manserunt aqua & vinum. Sectæ ergo quæ non credunt transubstantiationem sacramenti, quid aliud sunt, quam Zwingiani paniuori & bibuli? & sic digladiantur pro uno potu vini cum altera specie sacramenti, &c.

Secundo, credit Ecclesia Catholica, quod verbum, id est, Dei filius, qui semel assumpsit humanam natum, & caro factus est in utero virginis, Ioan. 1. in unitatem personæ, eam nunquam dimisit, neq; in extremum dimittet, sed ubiunque est Christi corpus & anima, ibi etiam est diuinitas, ita quod etiam in triduo mortis, diuinitas erat in anima Christi in inferno, & cum corpore in sepulchro. Cùm ergo in sacramento est verum Christi corpus & sanguis, ergo & Deitas adest. Ideò Apostoli Christum adorauit, Matth. 6. tim. & Ioann. 20. Dixit Thomas: Dominus meus & Deus meus, &cetera. Quia ergo credimus, Christum in sacramento esse Deum & hominem, sicut sedet ad dextram

dextram patris: ergò adoramus diuinitatem in sacra  
mento, non panem, quem non credimus hic manere  
post consecrationem. Vbicunque ergò fuerit corpus  
Christi, ibi adoramus deitatem, sive in Missa, sive  
processionibus, &c. & nullam idolatriam commit-  
timus. Videant sectæ, quæ separant sanguinem Chri-  
sti à carne, & diuinitatem à corpore Christi, & destru-  
unt & diuidunt unitatem in sacramento.

Tertiò, credit Ecclesia catholica verbo Dei, Esai.  
40. Verbum Domini manet in æternum, Et Luc. 21.  
Verba mea non transibunt. Vbicunque igitur fuerit  
aliquid, sanctificatum & consecratum verbo Dei,  
hoc sic manet consecratum usq; ad consumptionem,  
vel reuocationem. Panis igitur cōsecratus & trans-  
substantiatus in corpus Dei, tam diu sic manet usq;  
ad consumptionem, sive sumatur, sive non su-  
matur. Verbum Dei semel prolatum manet efficax,  
& est sacramentum verum etiam extra usum: sed hoc  
verum est quod non proderit, nec efficax est nisi in  
usu, sicut baptismus consecratus non prodest, nisi  
quis illo utatur: attamen est sanctus baptismus per  
verbum Dei, etiamsi non sumatur. Sic Eucharistia  
est verum sacramentum etiam extra usum.

Quartò, nouit Ecclesia, qualiter est semper im-  
pugnata ob venerabile sacramentū: Arrius dicebat,  
solum esse corpus & sanguinem sine diuinitate,  
ideo non adorandum: Vuigleff dicebat, solum fi-  
guram ibi esse sine vero sanguine & corpore: Vual-  
do docebat extra usum non esse sacramentum: Gen-  
tes vocabant nos comedtores hominū in nostris so-  
lennitatibus, id est, quandō cōmunicamus corpus &  
sanguinem Domini ad memoriam passionis, Luc. 23.  
non ad remissionem peccatorum. Euseb. Lib. 9. cap.  
5. scribit, quomodo dux Damasci tres mulieres con-  
duxit, qui dicerent se interfuisse, quandō comedie-  
runt humanas carnes Christiani, &cæt. Nestoriani

SS 4 diuide-

diuidebant in duas portiones sacramentum, Lut.  
rani sine adoratione & honore habent, &c. & sic.  
mnes sectæ bellum mouent de sacramento. At catho  
lici credunt ibi esse corpus & non panem, Deum cū  
corpore: ideo adorant Deum, credit propter Dei ver  
bum, ibi esse & manere verum consecratum sacra  
mentum, etiam extra ysum. Hæc cūm clara sint ex scriptis  
& testimonio veteris Ecclesiæ, non est iustus recel  
sus sectariorum à communi Ecclesia.

*DICVNT MISSAM ESSE  
abominationes.*

TITVLVS CCXCIII.

Causa 5

VINTA M causam recessus à commu  
ni Ecclesia, pretendūt sectæ esse abomi  
nationem Missæ. Nam Christus dixit,  
Matth. 26. Accipite & comedite, &c. scilicet  
vt aliquid consequamini per hoc,  
id est, remissionem peccatorum & vitam æternam. L  
dedò pro testamento relinquoyobis corpus & sangu  
inem meum, vt quoties sumitis, habeatis remis  
sionem peccatorum, &cæt. At Papistæ faciunt ex Mis  
sa sacrificium nouū & singulare quod offerunt Deo  
quotidiè, vt ipsi per hanc Missam mereantur sibi &  
alijs remissionem peccatorum, viuis & mortuis ex ope  
re operato: nolunt recipere gratis, sed mereri gratia  
m & omnia dona per Missam. Nesciunt differentia  
m inter sacramentū, in quo nos aliquid recipimus:  
& sacrificiū, in quo nos aliquid Deo damus. Nos in  
Missa nostra communicamus populum, &cæt. hæc illi.

Primò notandum, quod Missa est instituta & serua  
tur in Ecclesia Catholica tribus de causis. Primò, ad  
memoriam passionis Christi, nè quis illius obliui  
scatur, Lucæ. 22. Secundò, ad percipiendum corpus  
& sanguinem Christi, vt Christus in nobis semper  
maneat, Ioann. 6. & in fide eius contra omnia opera  
diaboli